

✠ In nomine domini Anno tricesimo tertio principatus. domini nostri guaimari. et tertio anno principatus. domini guaimari eius filii gloriosis principibus mense hoctubrio. quarta indictione. Ideoque ego maraldus filius iohanni presbyteri de loco viatu lauritane finibus dum mihi congruum esse bidetur bona etenim mea boluntate ante subscriptos testes. per berbum et absolute supradicti. genitori mei ibique illum abstante. Per hanc quoque videlicet cartam promitto firmiter constabiliscor tibi stephani venerabilis abbas rector ecclesie beate dei genitricis et virginis marie que fundata est supra ercica ad ipsa spelea ubi ad ipsa turre edificata. in monte besubeo. quod dominus martinus venerabilis adque sanctissimus abbas a nobo fundamine usque ad culmen tecti perduxit. de ipse tribus pecie de rebus vestra que est arbustate que abetis super iamdicto. loco biatu propinquo in abusagra que vobis pertinet de ipso fundo qui dicitur de martinulo seu illut vobis pertinet in sancto vestro monasterio a pars militie ubi vos una cum sancta tota vestra congregatione monachorum me affratistis. una ex ipse pecie de iam dictis. rebus hec habet finis. a parte orienti et meridie fine qui dicitur de audeberi et de ipsi caraciuli. a parte occidenti fine de homines de biatu. a parte septemtrioni fine domini petri clerici qui dicitur de itta de salerno et de eius consortibus. Ipsa secunda alia pecia hec abet finis da parte orienti fine qui dicitur iam dicti. audeberi et de ipsi caraciuli. a parte meridie fine via publica. a parte occidenti fine de homines de biatu a parte septemtrionis similiter fine de audeberi et de ipsi caraciuli. et coniungit se in prioras fines.

✠ Nel nome del Signore, nell'anno trentesimo terzo di principato del signore nostro Guaimario e nel terzo anno di principato del signore Guaimario suo figlio, gloriosi principi, nel mese di ottobre, quarta indizione. Dunque io Maraldo, figlio di Giovanni presbitero del luogo **viatu** nei confini **lauritane**, poiché a me risulta essere opportuno, senza dubbio con mia spontanea volontà davanti ai sottoscritti testimoni, con la parola e il permesso del sopraddetto mio genitore ivi stante, mediante anche questo atto cioè prometto fermamente e confermo a te Stefano, venerabile abate rettore della chiesa della beata genitrice di Dio e vergine Maria, che è fondata sopra **ercica** presso la stessa grotta ivi edificata presso la stessa torre sul monte **besubeo**, che domino Martino venerabile e santissimo abate costruì da nuova fundamenta fino alla cima del tetto, a riguardo degli stessi tre pezzi dei beni vostri che sono alberati che avete sopra il già detto luogo **biatu** vicino ad **abusagra**, che a voi appartengono dello stesso fondo detto **de martinulo**, e quello appartiene a voi e al vostro santo monastero dalla parte dell'esercito dove voi con tutta la vostra santa congregazione di monaci mi avete affratellato. Uno degli stessi pezzi dei suddetti beni ha questi confini: dalla parte di oriente e mezzogiorno la terra detta di **audeberi** e dello stesso **caraciuli**, dalla parte di occidente la terra degli uomini di **biatu**, dalla parte di settentrione la terra di domino Pietro chierico detto **de itta** di **salerno** e dei suoi vicini. Il secondo altro pezzo ha questi confini: dalla parte di oriente la terra che è chiamata di **audeberi**, già ricordato, e dello stesso **caraciuli**, dalla parte di mezzogiorno la via pubblica, dalla parte di occidente la terra degli uomini di **biatu**, dalla parte di settentrione

Ipsa alia tertia pecia de iamdictis. rebus hec abet finis. da parte orienti fine de herede ioffi de castello lauri. et pertange in fine petri filii amandi de busagra. a parte meridie et occidenti fine qui dicitur. iam dicti. audeberi. et de ipsi caraciuli. a parte septemtrioni fine qui dicitur de ipsi capuani et coniungit se in prioras fines. Hec nominate ipse tribus pecie de rebus que in sancto vestro monasterio pertinet a pars supradicte. militie cum omni suo edificio intro se abentibus tu qui supra stephanus venerabilis abbas. ibidem me affratastis. Ea quidem ratione ut ego qui supra maraldu. et meis heredibus ipse tribus pecie de iamdictis. rebus pastinare debeamus vitis. et arboris. seu alia pomifera fructifera. Tali vero ordine ut integre ipse iamdicte. pecie de rebus pastinare debeamus vene ut expedit. ut pareat bene pastenatu seu laboratu suptus et super et illut conciare debeamus cum bobes et at manu dirigenter apto tempore et de nostra semente illut seminare debeamus et quodcumque frugium ibidem seminaverimus super nos illut tollere debeamus. At vindemiandum ipsa vindemia ego qui supra maraldus. et meis heredibus illut videmiare debeamus apto tempore cum omni nostro expendio. et at palmentum arare. et quicquit ibidem vinum mundum deus dederit per hequaliter illut inter nos dividamus ad palmentum. vos et vestros posteros tollatis medietatem. et ego et meis heredibus tollamus reliqua medietatem. et tota ipsa peciola iuxto et legitimo ordine pisata et rebellata super nos tollere debeamus ante sortem. tantum pro ipso terratico dare vobis et at posteros vestros debeamus. omni anno per vindemia de propria sorte nostra de ipso vino mundo. orna una ad sagium iustum de ipso loco. tantum ipsa sorte vestra de ipso vino mundo et ipsa que

similmente la terra di **audeberi** e dello stesso **caraciuli** e si congiunge con i precedenti confini. Il terzo altro pezzo dei predetti beni ha questi confini: dalla parte di oriente la terra degli eredi di **ioffi** del castello di **lauri** e raggiunge la terra di Pietro figlio di Amando **de busagra**, dalla parte di mezzogiorno e occidente la terra che è chiamata di **audeberi**, già ricordato, e dello stesso **caraciuli**, dalla parte di settentrione la terra che è detta dello stesso **capuani** e si congiunge con i precedenti confini. Per questi anzidetti tre pezzi di terra che appartengono al vostro santo monastero dalla parte dell'esercito, come anzidetto, con ogni loro edificio che vi sia entro essi tu predetto Stefano venerabile abbate ivi mi avete affratellato in quella condizione invero che io predetto Maraldo e i miei eredi gli stessi tre pezzi di terra dobbiamo coltivare con viti e alberi e altre piante fruttifere. Con tale ordine invero che gli integri anzidetti pezzi di terra dobbiamo lavorare bene come è conveniente affinché appaiano ben zappati e lavorati sotto e sopra e li dobbiamo aggiustare con buoi e a mano con diligenza nel tempo adatto e li dobbiamo seminare con la nostra semente e qualsiasi frutto ivi avremo seminato lo dobbiamo prendere per noi. Per la vendemmia io predetto Maraldo e i miei eredi dobbiamo vendemmiare nel tempo adatto con ogni spesa a nostro carico e trasportare al torchio e qualsiasi vino mondo ivi Dio avrà dato in egual misura lo dividiamo tra noi presso il torchio, voi e i vostri posteri prendete metà e io e i miei eredi prendiamo la rimanente metà e tutta la vinaccia nel giusto e legittimo ordine pigiata e livellata la dobbiamo prendere per noi prima della ripartizione. Soltanto come terratico dobbiamo dare a voi e ai vostri posteri ogni anno nella vendemmia una urna della propria porzione nostra del vino mondo secondo la misura giusta dello stesso luogo. Però la porzione vostra del vino mondo e quella che a voi in porzione

bobis in sorte evenerit. ego et meis heredibus illud traere et portare debeamus vobis et at posteros vestros ad ipsa vestra obedientia que abetis in loco milianu cum omni nostro expendio et quando per vindemie ibidem direxeritis vestrum monachum pro ipsa sortione vestro de ipso vino mundo recipere. at duos monachi et at caballos eius cum que benerint ego et meis heredibus dare vobis debeamus manducare et vibere ut iustum fuerit. et dare vobis debeamus per omne palmentum palmentaticu pullum bonum unum. Hoc autem statuimus ut si de ista terra lauri exierimus et in aliam terram at habitare perrexerimus ego et meis heredibus expectetis. nos usque tres anni. et inclite ipse pecie de iamdictis. rebus cum omni suo edificio redeat in potestate de sancto vestro monasterio et de eius rectoribus. et si in ista terra ante tertio anno rebersi fuerimus licentiam abeamus redire in ipse pecie de iamdictis. rebus at tenendum et at laborandum illud in supradicto ordine. Exinde obligo me ego qui supra maraldus et meis obligo heredibus tibi qui supra stephani benerabilis abbas et at posteros tuos. ut ipse supradicte. pecie de rebus iusta ratione laboremus ut cultemus et utiliter pastinemus sicut meruerit. Quod si minime illud apto tempore laborare noluerimus aut non potuerimus. au si de omnia super statuta vobis aliquit minuare presumpserimus spondimus vobis vestrisque posteris ego et meis heredibus componere viginti solidos constantinianos. et omnia super statuta per inbitis nos vobis adimpleamus. Quam te bisantius clericus et notarius taliter scribere rogavimus. Actum lauri feliciter.

✘ ego alfanus

✘ ego ingu

vino mondo e quella che a voi in porzione capitasse io e i miei eredi dobbiamo prendere e portare a voi e ai vostri posteri alla vostra obbedienza che avete nel luogo **milianu** con ogni spesa a nostro carico e quando per la vendemmia manderete lì vostri monaci per ricevere la porzione vostra del vino mondo, a due monaci e ai loro cavalli con cui venissero io e i miei eredi dobbiamo dare in vostro nome da mangiare e bere come giusto sarà e dobbiamo dare a voi per ogni torchio come tributo un pollo buono. Questo inoltre abbiamo stabilito che se io e i miei eredi andassimo via da questa terra di **lauri** e andassimo ad abitare in altra terra, aspettati noi fino a tre anni i predetti pezzi di terra per intero con ogni loro edificio ritornino nella potestà del vostro santo monastero e dei suoi rettori. E se fossimo ritornati in questa terra prima del terzo anno abbiamo licenza di ritornare negli stessi anzidetti pezzi di terra a tenerli e lavorarli nella suddetta condizione. Pertanto prendo obbligo per me anzidetto Maraldo e per i miei eredi con te suddetto Stefano venerabile abate e con i tuoi posteri a coltivare e lavorare utilmente come sarà opportuno in giusta condizione gli anzidetti pezzi di terra. Poiché se per niente volessimo o non potessimo lavorarlo nel tempo adatto o se di tutte le cose sopra stabilite osassimo sminuire qualcosa per voi, io ed i miei eredi promettiamo di pagare come ammenda a voi ed ai vostri posteri venti solidi di Costantinopoli e tutte le cose sopra stabilite anche contro volontà noi adempiamo per voi. Il che a Bisanzio, chierico e notaio, in tal modo chiedemmo di scrivere. Redatto in **lauri** felicemente.

✘ Io Alfano.

✘ Io **ingu**.